1719 + 22 Juin

Sumptum ex registeriis Sacræ Faculttatis Theologicæ andegauensis

Die vigesima 2a. Junii anno. Domini 1719. circa horam matutinã Septimam conuenerunt in aulam Theologicam f.f. M. M. N. D.D. Babin decanus, Le Masson, Belot Syndicus, Babin Dominicanus, Rossignol Dominicanus, Damian, Chaillou, Saudubois, Dubois, Gendry, Boeault, de Vaugivault, Omo, Bruneau, de la Tirliere, Galais, et Chateauvenault doctores regentes de mandato D. Le Masson Subdecani, absente D. decano, per bidellum hevi conuocati qbs dominus Belot Syndicus exposuit hevi circa horam quintam Sevotinam in edes suas a M. Mauricitio Le horeau Diacono Nanneteo Faultatis hujus Baualoveo allatas fuisse Theses Typis mandatas hac die propugnandas, quas quidem Theses cum a se Syndico non approbatæ fuissent, extemplo Legit, et in his qbus propositiones reprobandas et radendas esse Censet, protulitque dictas Theses ut in hac congregaone Legerentur, Conquestusque est dictas Theses typis fuisse mandatas antequam sibi ~~priùs~~ examinandæ offerentur ut Statutis cautum est nec earum exemplar a respondente Subsignatum in manibus ejus qui move fuisse depositum, nec in dictis Thesibus expressum esse Typographi nomen: petiitque ut dictus D. Le horeau ad istam congregaonem euocetur ut ibi cum pluribus dictarum Thesium propositiones

mentem suam explicet, et D. Syndici querelis satisfaciat. Statim Dominus Babin Decanus declaravit dictas Thezes a se non fuisse subsignatas, proinde J. M. N. Boucault præses conquestus est dictas Theses impressas cum exemplari a se lecto non esse omnino conformes.

Quibus auditis et lectis Thesibus, re in deliberationem missâ, conclusum est dictum M. Le Noveau evocandum esse ad istam Congregationem ut audiatur qui Evocatus comparuit, eique ipsi expositæ fuissent querelæ contra ipsum motæ, respondit propositiones, quæ in dictis suis thezibus emendandæ judicantur, sibi incauto et minimè malevolo elapsas fuisse, declaravitque circa eas non aliter se sentire quam Ecclesia Gallicana sentit, nec sibi mentem fuisse dictæ Ecclesiæ gallicanæ libertates impugnare, vel quidquam circa jura regni, et obedientiam regi debitas, et senatûs supremæ Parisiensis cuivis arrectis debitas imminuere. quantum verò ad alias D. Syndici et dictorum Magistrorum Decani et Boucault querelas respondit sibi pro tempus non licuisse ut dictas Thezes dictis Domino Decano et Syndico legendas et subsignandas offerret, et earum exemplar describeret, et in aliâ urbe dictas Thezes impressas fuisse, eoquòd hujus ce urbis Typographi aliis operibus intenti dictas Thezes typis mandare non possint nisi neque propter negotia quædam de dictis Thesibus ante festum S.ti Joannis

respondere urgeretur, addiditque si quid in dictis Thesibus
ab originali dissonum legitur, id ineaute accidisse. signatum
M. Le horeau.

audita responsione dicti D. Le horeau postquam dictus Le horeau
eam subsignavit et recessit, unanimi magistrorum consensu
Conclusum est quod actus majoris ordinariæ dicti D. Le horeau
in hunc diem assignatus non celebrabitur, nec dictæ Theses
propugnabuntur utpotè quæ continerent plures propositiones
animadversione et correctione dignas ac delendas quatenus
Ecclesiæ Gallicanæ Documentis et libertatibus regni juribus,
Edictis regiis, ac dicti Senatûs placitis adversantur et a
doctrina quam hactenus Facultas tenuit et tenet aliena est.

Insuper Conclusum est dictum D. Le horeau a Dicto D. Decano
gravitèr in nomine Facultatis reprehendendum, monendos que
eosdem Baccalaureos ut a similibus propositionibus omninò
abstineant, subpœnâ exclusionis, suasque Theses antequam
typis mandentur D. Syndico cæteris aliis magistris a facultate
deputatis examinandas semper deferant, earumque exemplar a se
subsignatum in manibus D. Syndici deponant, juxta Statutis
et variis hujus Facultatis Conciliis cautum.

Item unum evocatus est dictus D. Le horeau et a D. Decano
reprehensus.

Insuper Conclusum est D. D. M. M. N. N. Le masson et Babin

Dominicanum ad Comitia Vniuersitatis hodie hora sex quimeridiana
habenda deputandos, qui collegio Vniuersitatis declarent actum die
D. Lehoreau, cui dicta Vniuersitas solemniter adesse statuerat, non
esse celebrandum propter rationes predictas, et indicta est congrega-
facultatis hac ipsa die circa horam quartam serotinam in Capitulo
FF. predicatorum hujus ~~[illegible]~~ urbis loco quippe commodiore celebran-
ut postea conclusio relegatur, ad quam congregationem convocabuntur
f. VII. N. qui huic deliberationi non adfuerunt.

Eadem Vigesima secunda Junii hora 4ª. serotina in vim superi
Scriptae conclusionis congregatio facultatis habita est in Capitulo
FF. predicatorum cui adfuerunt magistri subsignati relecta ad
supra scripta Conclusio et ab omnibus approbata, conclusumque
fuit eam esse typis mandandam. Signati sunt in originali
praesentium J. Babin Decanus, Le Maston, D. Cadoreau, Belot
Syndicus, J. Moreau, J. B. Rossignol Dominicanus, J. Poirier
Minorita, G. Damian, Chaillou, Saudubois de la Chalinière profess.
du Bois, Gendry, J. J. Bousault, de Vaugirault, C., Omo profess.
Brunau, C. Loulin de La Tirlière, R. Galais, De Chataueregnault
signatum G. Damian Doctor et secretarius facultatis

Case Wing folio Z 144. A1 v. 4 no. 23

THE NEWBERRY LIBRARY